



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Johan[n]e papa. iij. [et] co[n]fes. Cap[itulum]. liij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Liber

feffionē beati pauli apostoli. Multaq; vasa sacra in auro et argento obrulit basilicis apostolorum. Hic etiam ordinavit episcopos. xv.

De sancto Johanne papa secundo et confessoro. Cap. liij.

Johannes papa bu

Johannes nominis secundus natione romanus ex patre profecto de regione celi monte bonifacio secundo romano pontifici in episcopatu successit: sed itaq; annos. ij. menses. iij. dies. vi. hic alio nomine mercurius vocabatur. Hic inter cetera memoranda artemisum patriarcham constantinopolitanum arrianum damnavit.

De sancto Johanne papa. iij. et confes. Cap. liij.

Johannes papa tertius

Johannes nominis tertius natione romanus ex patre anastasio pelagio primo pape in episcopatu romano successit: et sedit annos. xij. menses. ij. dies. xxvij. hic in urbe roma reparavit et restauravit cimiteria sanctorum martyrum: multaq; sanctorum per diversa loca ecclesias renovavit: et de novo perfecit ac consecravit. Amator religiosorum et bonorum virorum fuit: pauperibus munificus extitit: postquam autem ecclesiam apostolorum petri et iacobi in urbe perfecit et dedit: ubi et eorum corpora collocavit: ad dominum perrexit: et sepultus est ad sanctum petrum.

De sancto Symmacho patricio et martyre. Cap. liiij.

Symmachus martyr

Symmachus patricius fuit: qui tempore anastasis primi imperatoris rome claruit: et tempore iustini primi martyrium passus fuit. Hic sacer fuit boetii siue severini martyris: de quo dicitur. x. kal. nonibus. Filius enim eius elphe et in conjugio eradidit que hymnos apostolorum Felix pro oes et Aurea luce composuit: hic sanctus vir cum boetio genero suo republica in urbe strenue ministravit. Sed dum theodorice logobardorum rex arrianus iohanne papa. i. constantinopolim ad iustinum imperatorem delegasset: ut superius dictum est: rabie sue iniquitatis stimulat Symmachum consulem ac patricium et generum eius boetium severinum consulem ac senatorum catholicos viros primo quidem carceri mancipavit: deinde in ipso carcere gladio necari fecit apud urbem ravennam. Corpus autem Symmachi nomine martyris ravennae colitur: mularum. vi. kal. iunij. Hic romani eloquii eruditio mirabilis maxime tyrant: qui sub theodosio primo surrexerat: scripsit laudes: easque publice recitavit: ob quod maiestatem eius censebat. Sed cum a pio principe iustino absoluti meruisset apologeticum librum. i. satisfactoriale eidem scripsit: et alium epistolarum. hec in hystoria tripartita libro. ix.

Quintus

De sancto Beda venerabile presbytero. Cap. lv.



Beda presbyter christi

Beda natione anglie apud ecclesiam siue monasterium apostolorum petri et pauli que in civitate cantie in anglia constructa est claruit tempore iustiniani secundi. hic a septimo sub abbate benedicto ipsius monasterii: et post sub ceolfrido in divinis eloquiis appime eruditus divino studio operam prebens sacris literis plenius inbutus sapientia et vite scriptate admiranda profecit. Anno autem etatis sue. xxiiij. diaconatum: et. xxx. presbyteratum a iohanne episcopo suscepit: inde usque ad annos. lxx. vite sue scripturis et divine sapientie opusculis intendens multa peccatoris sui viris scholasticis preulit monumera. Nam. xxxvi. volumina edidit: quae in. lxxviij. libris divisit. Die autem obitus sui pro septem peccatis detes hebdomadas divina reuelatione prescivit. Die autem ascensionis domini quae tunc illo anno. vi. kal. iunij. euert: dum vestras cum ceteris clericis in ecclesia celebraret: nulla alia infirmitate detentus: sed corpus compositum ac meritis. cum autem illa rex glorie decerneret: ipsa finita in suo appodiarum stallo spiritus emisit: statimque mirus odor de eius corpore fragrare cepit: sepultus in monasterio suo. Hic cum sanctissimus ab ecclesia repuret: et in confessorum catalogo numeret: solus inter sanctos non scribitur: sed venerabilis appellatur: et propter duas rationes siue miracula quae de ipso contigerunt. Primo quod ex nimia senectute oculis caligasset et discipulo duce ad lapidum cogerere puenisset discipulus: et suadere cepit: quod magnus esset: ibi populus congregatus: qui summa affectione et silio spiritus predicatione expectabant. Tunc sanctus serventi spiritui elegantissimum sermonem fecisset: et conclusisset pro omnia. lapides resspoderunt amem venerabilis presbyter. Secundo quia dum alius discipulus: eius ipso defuncto titulum sepulchro facere disposuisset unico carmine leonino sic incipiens: hac sunt in fossa: et velle finire beatus de sancti vel presbyteri ossa: nec metrum stare posset et nullum aliud vocabulum eidem occurreret: at edictus tandem iussit dormitum. Et ecce mane in tumulo manibus angelicis repperit sculptum. Hac sunt in fossa bede venerabilis ossa. Quisivit autem in christo. vi. kal. iunij. circa annos domini. ccccc. Corpus autem eius sanua traslatum digna veneratione colitur. Scripsit vir domini iter alia super genesis. librum unum. De tabernaculo moysi lib. iij. Super samuelem lib. iij. De templo salomonis lib. i. Super esdra et neemiam lib. iij. Super robia lib. i. Super parabolas salomonis lib. ij. Super canticis canticorum lib. v. Super epistolas canonicas. lib. vij. Super marcum lib. iij. Super lucam lib. iij. Super actus apostolorum lib. i. Super apocalypsim lib. i. De questionibus lib. regum ad notitiam. lib. i. De scripturis martibus lib. i. De gestis anglorum insignis et egregium volumine: in quo et chronica de temporibus continet.